



## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Dionysii Carthvsiani, luculenta iuxta ac compendiaria  
in Acta apostolorum exegesis siue commentaria**

**Dionysius <Cartusianus>**

**Coloniæ, 1532**

**VD16 D 1926**

Daniel habet Cap. XIII. Et agitur in eo de Daniele socijsque eius & ca[n]tico eorum: De mundi monarchia, de mutationibus temporum: de potestate æternitate regni Christi, de historia Susanne, de ...

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38702**

R T.  
um non  
etrum su  
ata) Tu  
ectus de  
s precio  
Iaspis,  
urbuncu  
gens, &  
m igni-  
enditio  
eta sunt  
&to dei,  
idum i-  
uo, & p  
am pro  
dei, &c.  
i. angeli  
dicit de  
etipos,  
c. Greg  
fuit non  
batis eis  
qd non  
em me  
meas.  
abo sup  
(. id est,  
in deum  
undabi  
or hoc  
A

E P I T O . E X E Z E C H .

Et auferam cor lapideum de carne vestra, et dabo vobis cor carneum, etcæt. et faciam ut in præceptis meis ambuletis, et iudicia mea custodatis et operemini. Non propter vos ego faciam, ait dominus deus, notum sit vobis sed propter nomen sanctum meum. Confundimur et erubescite super viis vestris ait dominus.

¶ Cap. 37.

¶ Nota istud capitulum, ut bene exponatur.) Hæc dicit dominus deus. Ecce ego aperiām tumulos vestros, & educam vos de sepulchris vestris popule meus, & inducam vos in terram Israel, &c. (Nota quæ sequuntur quia de Christo loquuntur. Item nota de Gog & Magog capitulis. 38. & 39.

Cap. 44.

¶ Porta hæc clausa erit & non aperietur, & vir non transier per eam. Quoniam domin⁹ deus Israel ingressus est per eam, eritq; clausa. Sacerdotes docebunt populum meum, quid sit inter sanguinem & pollutum, & inter mundum & immundum. (Nota, quæ in isto & sequenti capitulo dicuntur de sacrificijs & templo spiritualiter, & de futura triumphanti ecclesia sunt exponēda. Item de aquis quæ exponuntur de fonte bapti simatis nota capitulo. 47.)

Daniel habet Cap. XIII. Et agitur in eo de Daniele focijsque eius & canticō eorum; De mundi monarchia, de mutationibus temporum; de potestate æternitate regni Christi, de historia Susanne, de destructione Bel atq; interfectione draconis.

Caput. I.

A Itrex Arphaxat præposito eunuchorū ut intraderet de filijs Israel pueros in quibus nulla esset macula, decores forma & cruditos omni

D. DIONY. A RICK. CAR.  
sapientia: cautos scientia, & doctos disciplina. Preposuit autem Daniel in corde suo ne pollueretur de mensa regis, neque de vino potus eius. Dedit autem deus Daniel: gratiam & misericordiam in conspectu principis eunuchorum. Et dixit Daniel: Tenta nos obsecro seruos tuos diebus decem, & dentur nobis legumina ad vascendum, & aqua ad bibendum; & contemplare vultus nostros & vultus puerorum qui vescuntur cibo regio, & sicut videris facies cum seruis suis: Post dies autem decem apparuerunt vultus eorum meliores & copulentiores, praे omnibus pueris qui vescabantur cibo regio. Pueris autem his dedit deus scientiam & disciplinam in omnilibro & sapientia. Non sunt inueniti tales de vniuersis ut Daniel Ananias Misael & Asarias

¶ Visio Danielis de lapide qui absensus de monte sine manibus, de Christo pulchre exponitur.

Caput. II.

Benedixit Daniel deum cœli & loquitus est, Sit nomen domini benedictum a seculo, & usque in seculum, quia sapientia & fortitudo eius sunt, & ipse mutat tempora & ætates, transfert regna aeternitatem, dat sapientiam sapientibus. Ipse revelat profunda & abscondita, & nouit in tenebris constituta. Tibi deus patrum meorum confiteor, teque laudo quia sapientiam & fortitudinem dedisti mihi, & ostendisti mihi quæ rogaui te. Est deus in celo revelans mysteria.

¶ Cap. 3.

¶ Benedictus es domine deus patrum nostrorum & laudabilis, & gloriosum nomen tuum in secula, quia iustus es in omnibus quæ fecisti nobis, & vniuersa opera tua vera, & viæ tuae rectæ, & vera sunt omnia iudicia tua. Non est confusio confidentibus in te domine. Et nunc sequimur in toto corde nostro & timemus te, & querimus faciem tuam. Non confundas nos, sed